

## Sermo E

Secundo componas sedem humilitati  
De qua Iaie ultimo. Super quez  
requiescit spiritus meus. 27.

Tercio sternas tapeta paciencie. De  
quo. h. ad Corinthios. vi. In omni-  
bus exhibeamus nosmetipsos. 27.

Quarto componas lectum caritatis  
De quo psalmista. In pace in idipsum  
dormiam et requiescam.

Quinto componas hostium mode-  
stie. quod dignis pateat. et indignos  
excludat et iniquos. De quo psalmi-  
sta. Pone domine custodiam ori me-  
o. et hostium. 27. De his quinque dici-  
tur. Colocenses. iij. Induite vos sic e-  
lecti dei viscera misericordie. quo ad  
effectum compaciendi. benignitatez  
quo ad effectum largiendi. humili-  
tatem modestiam. pacenciam dona-  
tes vobismetipsis. 27.

Tercio debes componere familiam  
senium et mortuum ut ordinate se fi-  
gant et dirigant. utilibus et honestis  
incedant. coram deo deuote assistat  
Vnde in laude patrum dicitur. Ec-  
clesiastici. xliij. Homines in virtute  
pulchritudinis studium habentes.  
pacificantes in domibus suis. Augu-  
stinus. Pax domus est ordinata im-  
perandi atque obediendi. quasi cordi  
inhabitancium idest omnia com-  
posueris debes illi occurrere tamquam  
redemptori qui redemit de interitu  
vitam tuam. qui pro te sanguinez fru-  
dit. calicem mortis gustauit. ad infe-  
ros descendit. tamquam benefactori a quo  
est quicquid es. quicquid habes. In  
quo vivimus. mouemur et sumus.  
vuiumus per pacienciam. mouemur  
per intelligenciam. sumus per natu-  
ram tamquam iudici potenti qui potest

## Septimus A

et corpus et animam perdere in gehé-  
na ignis. cuius oculis omnia nuda  
sunt et aperta tamquam iudici iusto. ut ni-  
hil mali transire patiatur inultum.  
ante cuius tribunal oportebit assiste-  
re. et de singulis reddere rationem  
Redemptori ergo debes amorem  
Benefactori honorem. Iudici ve-  
ro timorem. Ita tria sunt necessaria  
quod accipis ad sacramentum altaris.  
Timor ne indigne accipias. Honor  
ut reuerenter accedat. Amor ut de-  
uote suscipias. sollicité custodias. ne a-  
te dominum per peccatum expellas.

## Eodem die Sermo septimus.

**H**actum est verbum  
domini super Iohannem zacharie  
filium i. de. Euangelista de  
scripturis in. ita nascetur eccie ponit quod  
tuor. In primo posit narrationis  
sue. causam principaliter operantez  
personam. locum. et actum.  
Causa principaliter operans deus est.  
quod tangit cum ait factum est ver-  
bum domini. scilicet inspiratio dei super Ioh-  
annem. scilicet ad Iohannem ut notetur  
verbum illud fuisse desuper. scilicet a deo  
In quo notanduz quod quinque modis  
loquitur deus ad hominem  
Primo per opera creationis quibus  
instruit nos ad quinque.  
Primo ad cognitionem suam. quod que-  
libet creatura specie sua loquitur: de-  
us fecit nos. depingunt etiam nobis  
trinitatem quoniam materia sua pa-  
tere loquitur. specie sine forma filius  
complexu vero materie et forme spiritum